

*Quicumque baptizati estis, Christum induistis.*

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Gálatas      3, 26-29

Fratres:

<sup>26</sup> Omnes filii Dei estis per fidem in Christo Iesu.

<sup>27</sup> Quicúmque enim in Christum baptizáti estis,  
Christum induístis:

<sup>28</sup> non est Iudáeus neque Græcus,  
non est servus neque liber,  
non est másculus et fémina;  
omnes enim vos unus estis in Christo Iesu.

<sup>29</sup> Si autem vos Christi,  
ergo Abrahæ semen estis,  
secúndum promissiónem herédes.

Verbum Dómini.